Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Sicut enim modicus ignis magnam [silvam]
incendit et cremat, sic lingua
mali incendit et cremat totum
corpus in inferno. Facit enim homines lep-
rosos. Unde legitur quod cum Maria soror
Moysi detraxit Moysi, quod per-
cussa est lepra. Vellem deus quod adhuc
fieret quod deus vindicaretur pristinum mo-
dum; tunc multi tacuerent qui et salva-
rent animas suas. Tales detrac-
tores non laudant patrem. Secundo tu
[illegible] sicut meruit. Secundo debemus
laudare filium, quia reconciliavit nos
nos patri per passionem suam. Nota si
quis pro te mortem subiret, merito lau-
dares eum; sic et [dei] filium debes lauda-
re quia mortem pro te subiit. Nullus
poterat reconciliare homines cum deo
patre nisi filius dei; ideo descendit de
celo ut homines cum deo patre reconci-
liaret. Debes enim eum laudare quia
sententiam dat contra malos et bonos.
[ps.] Unde in psalmo: Omne iudicium dedit
filio. Potes enim eum sic laudare quod
dabit tibi sententiam eterne beatitudinis
dicens: Venite benedicti etc. Etiam ita
[poteris] securus esse quod dabit tibi eterne
maledictionem. Tertio debes eum lauda-
re pro sua sapientia, quia filio attribuitur
sapientia, et illam debes ab ipso roga-
re, scilicet que sibi placeat et nobis
expediat. Sicut legitur de Salomone in prin-
cipio cum diceret dominus quod peteret quid-
quid vellet, non petivit longam vitam
nec aurum nec divitias nec honores tempora-
les, sed petivit dominum ut daret sibi
sapientiam. [illegible] Istam sapientiam non habuit
[suus] filius Roboam, qui stultitia sua
amisit regnum, quia consilium seniorum
qui noluit quos pater suus habue-
rat, sed secutus fuit consilia iuvenum

qui in deliciis fuerant [cum eo] nutriti et
in nullo experti. Sic adhuc multi
per malum consilium reges et homines corrum-
puntur. Unde lauda Christum ut det tibi sapi-
entiam ut ipsum super omnia diligas.
Tertio debemus laudare spiritum sanctum quia
ipse est qui purgat homines a peccatis.
Ipse enim est ignis consumens. Sicut enim
ignis purgat metalla aurum et
argentum, sic spiritus sanctus purgat homines
a peccatis. Unde si homo mundus est, est signum
spiritus sancti. Sicut enim ignis illuminat, sic
spiritus sanctus illuminat intellectum hominis.
Si homo habet lucidam conscientiam et nichil
mali in ea absconditum, signum est
spiritus sancti. Si homo ardenter ardet
in amore dei et proximi, signum est spiritus
sancti. Unde rogemus [?]. De sancta trinitate. [de sancta trinitate]

O altitudo divitiarum sapientie et
scientie dei etc. Apostolus. Deus fecit in-
inestimabilem multitudinem sapientie [?]
mundum divisit in quinque loca. Unum
est in quo nos sumus. Secundus est ce-
lum ad quod capite erigimus. Tertius est
infernus ad quem pedes vertimus, qui
est subterraneus, et ibi est lucifer
cum suis. Quartus est purgato-
rium ad quod unum latus vertimus. Quin-
tus est limbus ad quem pueri non
baptizati descendunt. In primo
loco scilicet in mundo sunt boni et mali.
In inferno tantum mali de quibus am-
plius nulla est spes. Nota quod
[illegible] genera hominum vadunt ad primum lo- [ad [illegible]]
cum scilicet studentes, [illegible], dor-
mientes, videntes. Primum va-
dunt studentes ad infernum, scilicet di-
vites qui habent, habent consolationem
suam, quorum pueri ludunt saltant
coram eis, et tempora locant ad infer-
mationem [illegible]. Iste in puncto de-